



**La Billardière, Jacques-Julien Houtou de**

*Icones plantarum Syriae rariorum [...] Decas secunda... (1791)*

## **Index**

1. 14 - Juniperus drupacea
2. 15
3. Lám. 8

Capsulæ 2 lanceolatæ , acutæ , læves , horisontales , sessiles , basi oppositæ , uniloculares , univalves.

Semina plurima , oblonga , compressa , imbricata , pappo setoso , albo , coronata.

*Habitat juxtâ* Laodicæam ad mare et in insulâ Lampedosâ. Observata in monte Atlas à D. Desfontaines.

*Explicatio Tabulæ.*

1. Ramus florifer. 2. Ramus fructibus onustus. 3. Flos anticè. 4. Lacinia duæ corollæ ut inspiciantur filamentum arcuatum *a* squamulæ purpurascens , *b. b.* Squama pedicellata , *c.* 5. Calyx cum pistillo peltâque carnosâ. *Omnia proportione naturali.* 6. Corpusculum clavatum , *vitro auctum* , cujus clavâ *a* apex *b.* 7. Capsula *naturali proportione.* 8. Semen cum pappo.

## JUNIPERUS DRUPACEA.

Dioecia monadelphia.

*Char. essent. MASC. amenti.* calyx squamæ ; *Cor.* nulla. *Stam.* 3....

*FOEM. Cal.* 3-partitus , *petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-sperma , tribus tuberculis calycis inæqualis.

*f.* Foliis ternis , patentibus , acutis , drupâ triplo brevioribus , nuce 3-loculari.

Caulis frutescens , erectus , ramosior , ramis patentibus , ramuli triquetri.

Folia terna , patentia , sessilia , lanceolata , acuta , suprâ lineâ duplici subglauca.

Flores masculos fœmineosque non vidi.

Drupa testacea , rore glauco adpersa , foliis sæpè triplo longior , magna , subrotunda , tuberculis 6 sæpius 9 retusis angulata , exsculptaque.

Nux subovata , magna , trilocularis , loculis parvis , durissima , supernè lineis tribus excavata ; *nuclei* solitarii , ovato-oblongi , pelliculâ loculorum fundo affixi.

*Habitat in monte Cassio quem Arabi vocant djebel lacara.*

*Observatio.*

Hæc est fortè *Juniperus major* Petr. Bellon. *observat. lib. 2 , p. 162 in carol. clus. exotic. libris decem , in-fol.* de quâ sic loquitur.

„ In monte Tauro Juniperos majores in cupressi altitudinem as-  
 „ surgentes invenimus , fructu dulci , nucis ferè magnitudine et  
 „ gallæ quodam modo similes , quo indigenæ vescuntur , ut ex  
 „ nucleis hinc indè à nobis in itinere collectis , et ab his qui  
 „ pulpam exederant , abjectis , observabamus. Ii sunt longitudine  
 „ et crassitudine nuclei olivæ , adeo duri , ut solo mallei ictu frangi  
 „ quirent. Inter reliquas arbores in Tauro monte nascentes , post  
 „ cedrum , primas obtinet , perpetuòque viret. Ejus vera delineatio  
 „ et descriptio invenietur in libro cui titulum fecimus *de arboribus*  
 „ *perpetuâ fronde virentibus.* „

Hoc libro consulto , mihi observandum est ut et observat ipse clusius , *quæ hactenùs vidi Bellonii exemplaria de coniferis , neque delineationem , neque descriptionem Juniperi majoris habent.*

*Explicatio tabulæ.*

1. Ramus fructibus onustus. 2. Fructus. 3. Nux. 4. Nux transversè sectus. 5. Nucleus. *Omnia naturali proportione.*





P. J. Redouté del.

*Juniperus drupacea.*

Milvan sculp.